(56) Sententia R. Epi Vitonen. super quatuor prima capita praedicta.

Video Patres sanctissimi, quae ad explicationem propositarum quaestionũ huma-no ingenio excogitari potuerunt, dictis tot gravissimis sententijs, omnia pene iam exhausta, atq. consumpta esse, ut nobis, qui in imis subsellijs sedemus nil fere reliquum sit, quod de nr̃o promere possi-mus. Aliqua tamen ego, ut partes meas absoluam, ad primam quaestio-nem dicturus sum. quae etsi noua, atq. inaudita uobis non erunt aliena tamen a re de qua agitur non existimo. Ac cum fere omniũ Patrum sententiae in duas partes diuisae sint, ut multi de authoritate praecepti quaerendum censeant, alij haec rem in deliberationem cadere non putent, Constanter affirmo, me in eoꝝ sententiam venire, qui existimant hoc imprimis quaeri debere, lege ne Ecclesiastica reddere oporteat, an potius Diuina, et Euangelica. Neq. me satis movent ea, quae a nonnullis doctissimis illis quidem, et acutissimis contra disputata sunt, ad quae erat quidem mihi in animo diligenter respondere. sed omnem facul-tatem contra illa disputandi praeripuerunt mihi antiquiores Episcopi, quorum accurata, et grauis oratio nihil omisit, quod ad ea refellenda pertineret: aliqua tamen colligam ipse, et quasi Epilogo complectar, ut si nihil noui excogitatum, at non nihil a me dictum existimetis. In primis autẽ illud constitutũ sit non esse alienum a proposito capite, neq. uagari nos extra quaesti-onis fines si de legis vinculo quaeramus, idq. primũ hac ratione

In omni proposita quaestione ita rem perfecte intelligemus, si proble-ma in suas causas, et principia referimus, et resoluimus, perspectis enim causis rei natura cognoscitur, multaeq. propositiones ex

UGR Biblioteca Universitaria

ex proprietate, et conditione principiorum perspecta ducuntur, quæ ad explicandam rei naturam maximè pertinet, veluti in p̄nti quæstione si residendi officium consideretur (hoc est n. nobis quasi problema propositum) idq resoluatur in principia sua; materia nobis occurret subiecta huic officio, et in qua Ep̄us versatur, ea continet iudicia, lites correctiones subditorum, et hmōi alia negocia in quibus Ep̄us magna ex parte est occupatus, ijs verò perspectis intelligimus, quæ incōmoda in ijs administrandis habeat Ep̄us, appellationes friuolas, suspiciones, inhibitiones, causarum deuolutiones non illato grauamine. Hoc igitur principio perspecto, et incōmodis patefactis, poterit huic parti prouideri. Eadem ratione si consideretur quæ sit residendi forma offerent se nobis impedimenta, quibus in hac sui muneris parte detinentur Ep̄i. Est n. Ep̄us forma gregis, ut inquit Petrus, quatenus præest gregi, et assidet tanq Nauta naui, gubernans Ecclesiam prædicatione verbi, et sacramentorum dispensatione, quo capite cognito mederi facile poterimus nonnullis incōmodis, in quæ ex hac parte incurrit administratio Ep̄i, cum non omnes qui in Ep̄i naui reperiuntur ab eo pendeant, sed in gubernandi officio multi esse aliquas suas partes existiment, cū interea ad clauum sedenti Ep̄ō non pareant. Fine item considerato, hoc est salute animarum magna nobis facultas præbet̄ ducendi ex eo utiles canones, atq ad residendū necessarios. Par ratio est, si authorem, et efficientem præcepti causam cognoscamus. Nam si præceptum Dn̄i sit, et residendi offm

a Chr̄o

a Chr̃o pendeat, perspicuũ est multa Epis cōmoda deberi, multa quoq; impedimenta tollenda: legesq. ferendas. quibus authoritatem culpa sua, uel potius iniuria temporum labefactatam recuperare valeant, quæ non est in animo recensere, quemadmodum ab autho,,ritate Diuinæ legis ducantur, satis est admonuisse Patres, ut cum de cōmodè et utiliter residendo cogitabunt. ad hos fontes se referant. ex quibus omnis officij nr̃i uis, atq. authoritas manat

Non igitur transimus propositæ quæstionis fines. quod eius legis naturam perspicere uolumus. sed rem ad unum resecamus, iúq; et methodo procedimus, ut patefactis fontibus residendi. omnia quæ ad id necessaria sunt cognoscamus

Quare quod dicitur non esse propositam hanc quæstionem nobis à legatis: respondemus. cum propositum nobis sit, ut consideremus qua ratione Epi ita residere valeant, ut nunq; ab Ecclesijs absint id hac ratione effici; sit natura legis Diuinæ considerata, oĩa quæ ad Pontificiũ munus cōmodè, et fructuose absoluendũ spectãt eis concedant

Pertinet, inquis, ad dogmata ista quæstio, ideoq. non hoc loco trac,,tanda est, immo uero ad reformationem ualet, atq. ad abusum absentiæ tollendum. De Matrimonio clandestino aliquando dispu,,taturi, quid magis tractabimus, quàm diuisionem illam qua ius omne in Diuinum, Naturale et Humanum distribuitur, quæ difficiles quæstiones habet, et ad dogmata pertinentes, si usuras prohiberemus, quod sine dubio ad mores pertineret, fieri ne posset quicq; aptius, quam si eas iure Diuino prohibitas esse decla,,raremus?

UGR Biblioteca Universitaria

Contra rõne d. Cauen. At lex Diuina inquis, et Ecclesiastica eodem modo obligant, utraq. n. peccato mortali uiolatur. Primum hoc non omnes concederent. Joannes Gerson, et Durandus putant legem humanam, quatenus lex humana est, non posse quemq̃ ad mortalem culpam obligare, hac ratione mouetur Gerson, quoniam inquit legis lator non potest ad eam pœnam obligare, quam non potest in foro suo infligere, at mortale est, quod efficit reatum ad mortem æternam, quam nemo nisi Deus potest inferre. Ac tametsi hæc opinio falsa est, tamen qui ad residendum Ecclesiastica lege teneri nollent Gersonem magistrum facilè sequerentur, seq. dociles ad hanc doctrinam præberent. Sed mitto Gersonem, hoc tamen constat eũ qui legem Ecclesiasticam uiolat, non semper peccati mortalis reum esse. Pet. de palude in 4. sent. distinc. 16. ait, transgressionem legis humanæ, ex proportione causæ ponderari; eum sequitur Adrianus, qui in vi.° quodl. ar. 2.° inquit non posse hac in re certam regulam constitui cum multi casus nascant.ʳ quæ peccati uim, et naturam mutant. Sed concedo iam residendi legem de qua est quæstio non sine peccato mortali uiolari; ergo nihil refert, utrum in hominem pecces, an uero in Deum. si uir in uirum peccauerit, inquit Heli fortasse ignoscet illi dominus, sed si in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo.¹ Et dominus ad Samuelem non te inquit reliquerunt, sed me, ne regnarem super eos

Obligat utiq̃ ad mortale Ecclesiastica lex residendi, si uiolet.ʳ Sed quæro num propterea superat, et excedit uires, et

facul,

facultatem humanæ legis! cuius ea conditio est. ut mutari possit
uariari, relaxari, antiquari Lex aut Diuina firma. stabilisq.
perpetuo manet, quoniam sua sponte, ac natura talis est, non
positione, et placito hominum, ideo ei nulla præscriptio, nulla
temporis antiquitas aduersatur: quin potius quo diutur,,
nius in eam delinquitur, eo grauius peccatur, Igitur si
longo usu non residendi lex antiquaretur si humana esset
peccaret, ne mortaliter is. qui in eam delinqueret. immo
neq ueniàliter. quemadmodu neq delinquit is. qui feria
sexta, et quinta non ieiunat, et qui orans ad orientem non
se conuertit, neq. Diaconus si sedeat presbyteris sedentib.
uel laicus si ad altare accesserit, quæ omnia ita serua,,
uit antiquitas. ut aduersus eos, qui secus facerent, gra,,
uissimas pœnas sanxerit. Perspicuum est aut sane diffi,,
nitionem esse necessariam, cum plærq. Ecclẽas obtinentes
in eo statu reperiantur, ut eas nunq uel raro uisuri
sint, multi etiam Epĩ Romæ manent non iubente Pontifice
hoc n. esset tolerabile, sed priuati cõmodi causa, qui quod
in eo patientia Pontificis abutantur putant se tacitè
dispensatos, et residendi lege solutos, at si lex Diuina
eos residere præciperet, capitali peccato astricti tenerent?
Est igitur sanctæ Synodi officium illorz saluti consulere
et Ecclesiarz solitudini opem ferre, non n. nos si hoc decla,,
raremus, quod non est, uerum efficeremus, sed tantũ quod

UGR Biblioteca Universitaria

uerum re ipsa est, palam faceremus, ideo quæ post promulgatio,,
nem Diuini iuris essent illicita, nunc quoq. sunt, ac omni tem,,
pore fuerunt illicita, ac nefaria, saltem in foro conscientiæ
et coram Deo.

contra 1.ª rõnem D. Iustinos.

Dictu est propterea residendi legem Diuinam non esse, sed Pon,,
tificiam, quoniam soli Petro dictum est Pasce oues meas, idq. ex
Caietano probatum est: In interpretandis sacræ scripturæ
locis, ut ex ijs dogma confirmemus, duplicem normam habemus
Nam primum ad Ecclæ interpretationem confugere debemus
quoniam Ecclá non modo scripturas á spiritu sancto tradi,,
tas possidet, sed etiam earũ sensum, et sententiam; habet. n.
in ijs explicandis Christũ spiritum suggerentem ei omnem
ueritatem, si desit Ecclæ interpretatio, ac definitio ad
Patres uocamur, á quorũ consensione, et concordi sententia
petenda est uera in rebus fidei scripturarũ interpretatio

Quantum pertinet ad primam normam, perspicuũ est Ecclesiam
illa uerba ad omnes Apostolos transferre, et cõiter omnibus
dicta interpretari; quos operis tui Vicarios, inquit, eisdem
contulisti præesse Pastores, nullus aũt est in scriptura locus
nisi is, in quo Chrũs Aplós pascendi muneri præfecerit.

Quantum attinet ad Patres, Cyprianus, Basilius, Augustĩ.
Ambrosius, leo. Bernardus, hunc locum sic sunt interpre,,
tati, ut eum cum omnibus Aplís fecerint cõmunem

quorum dicta cum recitata sint a Dnó Epó Clodiensi, nó
est cur uelim in ijs repetendis laborare. Sed dicat aliquis
ergo facis Pontificem Romanum, qui Petri successor est æqua,,
lem cum reliquis Epis, qui in alior Aplór locum successe,
runt? minime id uero in beatissimis Apostolis inquit leo
in similitudine honoris, erat quædam discretio dignita,,
tis, et Cyprianus, hoc erat inquit, Petrus quod reliqui, sed
initium ab unitate proficiscitur, ut Ecclá una monstret?
una inquam, quia uni subijcitur. Est igitur in una, atq
eadem societate pascendi intelligendus ordo. Totum n.
habet Petrus princeps, ac caput, partem alij, camq non
separatam a toto, et a capite, sed in toto, et sub capite. sic
Dnś reliquis Aplis regendam Ecclam tradidit, ut eis a
Petro, et per Petrum omnis potestas manaret. Quare sunt
a dnó epi instituti, et munus pascendi ab eodem dnó
obtinent, sed tamen subordinati, ac submissi Petro,
partem habentes procurationis, certisq. finibus inclusá
cum illius procuratio nullis descripta finibus uniuersú
Chrianum orbem complectatur. Quod aút hic ordo in pascédi
mandato intelligatur manifestum facit Aug.s in Joannem
affirmans illa uerba ideo dicta Petro, quod propter Apo,,
stolatus sui principatum gerebat omnium figurata
gnálitate personam, et clarius in quæst. nou. et uet. Testam.
dominú, inquit, per se, et pro Petro soluisse didragmá

quoniam sicut in saluatore continebantur omnes causæ magisterij sic Petrus continebat omnes, quia pastor futurus erat Dominici gregis. igitur in verbis Dni aliquod fuit dictum separatim Petro Principi, ac capiti, mandataq. fuit [illegible] cura universalis Dnici gregis, ut pasceret universos doctrina sua, et fidei regula, ido, neosq. ministros singulis ministris attribueret. Dictum fuit ali= quod comune omnium, ut cum unusquisq. certæ Ecc.ae munus susce= pisset dictum sibi a Dno intelligeret, ut attributum sibi gregem pasceret

Quare non negamus id quod Caietanus affirmat, ita Petro comissã curam universum gregem pascendi, ut ea nemini præterea man= data sit, veruntamen, ut reliqui Pastores certos ac singulares greges pascerent, idq. sub Petro ab eodem dno præceptũ esse affirmamus

Eodem n. ordine Christus omnis Ecclesiastici ordinis auctor Ecclesiæ Hierarchiam descripsit, quem in cælesti omnium rerum conditor Deus, seruauit: in ea n. angeli collocantur, a Deo omnes, ita distinctis inter se ~~muneribus~~ conditi, ut inferiorum ordinũ officia a superioribus pendeant. prima Hierarchia secundã purgat, illustrat, perficit, secunda deinceps tertiam, idem ordo in choris seruatur, quæ tñ [illegible] officia ita sunt propria angelorum; ut Deo tributa esse intelligantur, qui sic ange= los condidit, ut eos sua officia, inter se absoluere, et exe= qui voluerit; par ratio est Episcopor., quos cum Dns insti= tuit, tñ eos omnes Petro principi subiecit, ut cum Petrus

eiusq. successores Epātus munera mandant, nihil aliud se facere
intelligant, nisi quod Diuinum mandatum exequantur.
Hoc ideo dicere uolui, ut ipse rerum ordo intelligatur, qui si cogni,,
tus, perspectusq. fuerit, nihil erit quod de sūma in nos Ponti
ficis maximi potestate dubitemus. Sed urges præterea quod
contra 2.am Statuit princeps, et Imperator, non potest mutare minister
si me Imperator in aliqua statione collocasset, non posset me
ea mouere legatus. Quid si collocatus ab Imperatore in
statione fuerit etiam pari imperio ac lege subiectus legato
nonne legato parere debebit?
Omnino aūt longè aliud erit, si dicamus institutiones Epōrum
eorumq. munera esse iure Diuino, aliud si dicamus, hunc
uel illum ascriptum esse. huic, uel illi Eccl.ae iure Diuino
Primū enim uerum est, quia institutiones absolutè et uniuersa
ratione Diuina lege fiunt, munerāq. ijs annexa eadem lege
constant, alterum falsum est, quoniam hunc uel illum. huic
uel illi Ecclīæ ascribi a nullo iure prouenit, sed a iuris
usu, atq. exercitio, quod in facto consistit, quare Joannem
habere hanc Ecclesiam, uel in aliam transferri, arbitratu fit
humano; ex quo tñ non debemus argumentari, et concludere
institutiones Epōrum, et munera eorum ab arbitratu humano
pendere
contra 3.am Semper inquit, cogar residere, neq. Pontifici me ad Synodum
uocanti parebo, si iure Diuino resideo: meminisse debemus
residendi officium uersari in materia morali, qua quod

UGR Biblioteca Universitaria

varietati obnoxia est, multi possunt incidere casus, quibus impediri consuevit. Eadem ratione officia morum, non consistunt in puncto quodam individuo, quod Stoici vocabant Cathorthorma, ut peccatu sit tanq. transire lineam, sed reguntur ratione recta, et prudentia humanar actionu moderatrice, ita quod in ijs reperitur medium non rei, sed rationis. quæ declarant totum negocium residendi multis temporibus, ac rationibus posse interrumpi, atq. ita Epos solui residendi legibus

Quæ vero tempora, qui casus Epm officio residendi liberare possint posita sunt in interpretatione Pontificis, qui ea facultate, quam Græci ἐπιείκειαν vocant, nos æquitatem, vel æquum et bonum possumus appellare, potest excipere casus, legesq. interpretari, cu aliquid hmoi incidit, quod leges lator lege sua complexus non existimatur

Eadem authoritate poterit plura beneficia coniungere, uni etiam plura mandare, cum id scilicet, vel locor, opportunitas, vel como-ditas Ecclesiastica, vel necessitas, vel etiam personæ præstantia œconomice fieri patitur. nam cum lex ad comunem Ecclia uti-litatem, ac comodum referatur, si casus incidat in quo seruari legem sit durum, atq. adeo inutile, potest Pontifex legem ita interpretari, ut illum casum a lege remotum, atq. alienum declaret.

Contra ro'nem D. Sulmonen

Reliquu est ut respondeam ad unam rationem, allatam quidem contra Divinam residendi sanctionem, sed non satis ab authore probatam, atq. explicatam, Et si lege (inquit) Divina constat

UGR Biblioteca Universitaria

Epãlis ordo, non tamen ex eo efficitur residendi legem iure Diuino
constare. Nam ut primum concedatur, non tamen continuo sequit.
secundum. Nos tamen affirmamus ex eo maxime residendi legem
Diuinam esse, quod Epãtus institutio lege Diuina sit, adeo n. resi,,
dendi officium in Epãtus ordine, atq. munere continetur ut ab
eo seiungi non possit; munera enim Epi constituunt, et absoluunt
naturam Epi, ut sine ijs Epus constare nequeat, quod ita nobis
perspicuu fiet, si modum atq. rationem instituendorũ Epõrũ
consideremus. Nam si Christus instituens Epos, ordinem, et ho,,
norem quendam in Ecclesiam inducere uoluisset, posset forte hic
honor a residendi officio separari, sed cum Epos mittebat dñs
et munera cõmittebat pastoribus omnia ad usum, atq. ad opus
referebat. messis multa, et operarij pauci, rogate dominum messis
ut mittat operarios in uineam Principes gentiũ dominantur eorũ
uos aut non sic, sed qui maior est hic uester minister erit, uenit
n. filius hominis ministrare, non ministrari, et pasce oues meas
non iubet esse pastorem Petrum hoc est potestate et authoritati
esse talem sed pascere, hoc est usu, exercitatione, opere, laborare
nouerits inquit Paulus qui laborant inter uos, et monent uos
et praesunt uobis in dño, admiranda certe res est, quam tñ
plerīq. nolunt attendere, quod cum Pastores Ecclesiarũ a Dño
et ab Apostolis eliguntur, mittuntur, nominantur id non fit nisi
uerbis, actionem, laborem, opus, officiũ, exprimentibus, uideli,,
cet ut intelligeremus totum Epãtus munus in ministratu ac la,,
bore consistere, quod certe fere assiduam residendi legem
ac uinculũ necessario requirit, nisi adeo quis cauillari uelit

UGR Biblioteca Universitaria

ut in quibus nos laborare iubemur, et quæ in modum actionis
et operis instituta, atq. excogitata a dño sunt, ea alijs cōmitti
ac concedi posse contendat, in quo certè eum Evangelici
præcepti ratio, ac finis, et veritas ipsa facile convincet.

UGR Biblioteca Universitaria